ff

Quia deducta exhibita presentata et allegata in presenti sup
plicationis causa pro parte sindici dicti oppidi Castellionis
non sunt talia quod propterea negatis sententia per dictum
Virum Locumtenentem generalem in regno Valentie lata et pronun
ciata die xxviiii mensis Julii anni M.D.Lxxxx Et provisio et
declaratio per eundem facta die tertio mensis maii anni
M.D.Lxxxx in favorem sindici oppidi de Burriana Et contra
dictum sindicum oppidi Castellionis debeant revocari neque in
aliquo corrigi neque emendari quinimo meritis processuum tam
primitive instantie quam presentis cause supplicationis atten
tis aperte constat dictas sententiam provisionem et declarationem
fuisse et esse recte atque legittime latam pronunciatam et fac
tam Ideo et alias pronunciamus sententiamus Et declaramus bene
fuisse et esse per dictum Virum Locumtenentem generalem in dictis sen
tentia et provisione pronunciatum provisum et declaratum
et male abinde pro parte dicti sindici oppidi Castellionis
fuisse et esse supplicatum Et consequenter dictas sententiam
et provisionem et declarationem fore et esse confirmandas
ut cum presenti illas confirmamus non obstantibus in contrarium
deductis exhibitis et allegatis partemque succumbentem in ex
pensis huius cause condemnamus illarum taxatione in poste
rum reservata // Sapena R //

Vt. Campi R

Vt. Frigola R

Vt. Terça R

Publicata per scriptum Franquesa die [illegible] febroarii anni [illegible]
madrii instantie Hieronymo Gatuelles not.

+

Sobre lo negoci de la gent
de castello que no poden
fer a Sutenlo rin

N.º 30

33